



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CLXXIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96538)

K k k 2 nec

nec etiam constat, quod Iulius duxerit ipsum Ioannem Baptistam per loca suspecta, & periculosa, quia ipsi ambo fuerunt per loca consueverunt: & per quae communiter oēs de dicto castro ire soliti erant, & sunt absque periculo, ut notorium est, ac etiam ex probationibus factis inferitur. Præterea non apparet, neque probatum est, quod Iulius fuerit ille, qui Ioannem Baptistam duxerit, eique persuaserit, ut iret per viam illam, & locum in quo ipsi fuerunt insultati, quinimmo, ut dicti testium colligitur, fuit Ioannes Baptista, qui persuasit, seu induxit Iulium ad recedendum à domo pistoris. ¶ Nec obstat dicto Iulio quartum inditium resultans ex uerbis ab eo prolatis erga magistrum Herculem, de quibus in testificatione dicti magistri Herculis, quia respondetur primo, quod contrarium censetur probatum per aliquos testes in processu examinatos, qualiter eo tempore, quo ipse Iulius fuit cum dicto magistro Hercule loquutus, non dixit Iulius, nec protulit talia uerba: Præterea magis credendum est ipsi Iulio neganti, quam uni tantum testi probati affirmatiuum, quia dictum unius est dictum nullius, c. licet uniuersis de testibus. Et quamuis dictum unius testis faciat inditium sufficiens ad torturam, ut no. per glo. in d. c. licet, & per Bar. in l. si. ff. de quaest. in l. i. tamen illud est uerum, quando unus legitimus testis deponeret directe super facto, & delicto principali, secus si fieret probatio ad probandum aliquod inditium ad effectum, ut per illud quis posset torqueri, quoniam ad probandum inditium requiruntur duo, uel tres testes cōtestes, nec sufficeret unus testis, ut uolunt Bar. & Alex. in d. l. si. & Abb. post dominum Ant. & ibi doctores communiter, in c. tertio loco extra de probationibus: Et ideo si per unum tantum testem probaretur aliquid, quod si uerum esset, uel legitime fuisset probatum, faceret inditium contra aliquem, illud non diceretur ita probatum, quod faceret inditium ad torturam, quoniam ad hoc, ut dicatur sufficiens inditium ad torturam, requiritur, quod illud sit probatum per duos testes cōtestes ad minus, ut in dictis locis. ¶ Inditium quintum etiam, quod sumitur ex dicto, & depositione Iacob, non est sufficiens ad torturam per proximè dicta, item quia cum Iulius esset socius ipsius Ioannis Baptistæ, prout colligitur ex iis, quæ plures testes deponunt. Item cum dictus Iulius esset iuuenis, facile ut rem gratam, & utilem amico faceret, potuit sibi persuaderi ad querendum, inuestigandum, & faciendum, quidquid posset, ad effectum, ut inuenirentur pecunie, seu malefactores, nam familiaritas excusat, & facit cessare præsumptionem doli etiam in iis, quæ sunt de genere malorum, & prohibitorum gl. est singularis, in l. i. c. de sicariis. Hoc etiam modo tolluntur sextum, septimum, & nonum inditium, & maxime cum dictus Iulius amicus dicti Ioannis Baptistæ sit homo bonæ uitæ, conditionis, & famæ, nec solitus talia perpetrare, ut probatum fuit per ea, quæ habentur per Barr. in l. ex libero, ff. de quaest. in l. i. Præterea dictus Ioannes Baptista consueverat etiam sine dicto Iulio ire ad loca inhonesta, & ad meretrices, uagando de die, & de nocte, ut ex dictis testium examinarum in processu apparet. ¶ Non obstat ultimum inditium, quoniam probatum fuit legitime, qualiter Iohannes Franciscus frater Iulii illa hora, qua fuerunt insultati dictus Ioannes Baptista, & Iulius, & ante, & post semper repertus fuit in sua apotheca, & sic in loco remoto à loco insultus facti: & ideo dictum ipsius Ioannis Baptistæ non probat, nec facit inditium contra ipsum Iulium, nec contra fratres illius, nisi aliter legitime probaretur, ut est tex. in l. si quis in grani, §. si moriens, ff. ad syllaniam. Ex quibus uidetur concludendum dictum Iulium non posse torque-

ri, quia non modo contra ipsum non militat inditium sufficiens, sed ne unum tantum inditium sufficiens, & ideo sequitur, quod torqueri test per ea, quæ habentur per Bart. in l. si. ff. de quaest. & per dominum Anto. Abb. in d. ca. tertio loco de proba. Hac breuiter rem Iulij scripsi, quia impeditus non potui considerare. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Si statuto is, ad cuius requisitionem denunciatus fuerit, est in expensis condemnandus, quando fuerit absolutus, massarius denunciatus ad expensas non tenetur.
- Et quando hoc uerum sit, & massarius ipse ad expensas non tenetur.
- 2 Sententia lata contra non citatum, & indefensum non est executio.
- 3 Massarius ex statuto obligatus maleficium denunciare, tum denunciatione intelligitur.
- Et quando hoc uerum sit, & massarius iterum denunciatus non tenetur.
- 4 Verba affirmatiua uerificantur in unico actu.
- 6 Expenfarum condemnatio, quæ est accessoria, fit per rationem partis.
- 7 Maxime si ex statuto index præcisit omnibus iuris iuramentis cogere potest.
- 8 Verba præcisit, & uerba præcisit omnibus iuris iuramentis portent.
- 10 Non facere, & perperam, ac inuoluntate facere pariter.
- 11 Statutum loquens de denuncia debet intelligi de malicia.
- 12 De prima uice uerba debere intelligi, quomodo præcisit.
- 13 Arbitri, quibus prorogandi compromissum est, statim sunt iterum prorogare, si prima prorogatio non accipitur.

E P I T O M E.

MASSARIUM, qui falsò denunciavit malum, quod ex suo officio denunciare teneatur, etiam alterius requisitionem denunciasset, ad expensas denunciati teneri, & sententiam condemnationis expensarum prædictarum contra eum ratum ualuisse, & iterum maleficium denunciare obligatum esse ex statutorum Bononiæ dispositione, hic probatur.

CONSILIVM CLXXI.



N causa denunciata, an sententia lata contra massarium super expensis ualide teneatur, an massarius teneatur, non obstat malicia denuncia, iterum denunciatur prima facie, quod sententia lata contra massarium super expensis fuerit nulla, & inuoluntate, ea potuit prouocari, & de nullitate dici, quod docunque denuncia facta fuit de delicto inditio contra aliquos, qui postea fuerunt absoluti, illi, ad cuius requisitionem denuncia facta fuit in expensis condemnandus, ut habetur in littera sub rubrica de notific. malefic. in §. si quis, & Alex. in l. i. c. de diuer. rescript. lazar. sed si facio, ff. de præscriptis uerb. Præterea tum uoluisse, quod massarius ob malum, & denunciari teneretur ad expensas denunciantis, si dixisset, & expressisset, sicut expressit de requisitionem facta fuit denuncia, ergo contra